



**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

De superbia, Gradus, XXII.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-55433)

qui simpliciores sunt in venenum istud incideret  
Cenodoxia quippe est simplicitatis amissio, sicut  
quae institutio : vermis plerunque dum excrucia-  
rit, natus alis in sublime subiectus est, ita & consi-  
mata inanis gloria, superbiam peperit: qua me-  
lorum omnium dux, princeps & consummatio  
est.

## Annotatio in Gradum, 21.

*Cenodoxia* ἀτὸ τὸ νεῦς, quod vacuum vel inanem  
dōξα quod gloriam sonat, Græcis componitur: &  
anem gloriam significat, quam veteres nonnulli  
quam separatum à superbia capitale vitium posuerunt.  
Hanc ioto 11. libro suarum institutionum prosequitur  
Cassianus. Cenodoxia licet multi ptes sit, & in variis  
species diuidatur, genera tamen eius sunt duo. Primum  
mquo pro carnalibus aut manifestis ex collimatu-  
bus. Secundum quo pro spiritualibus & oculi deli-  
derio vanæ laudis inflammaruntur. Una tamen re  
doxia vtiliter ab incipientibus assumitur, ab his du-  
taxat qui adhuc vitijs carnalibus pulsantur: vi re-  
gratia, si illo tempore quo fornicacionis spiritu per-  
gentur, mente conceperint alicuius status dignitatem  
in qua sancti & immaculati esse creduntur, & in  
immundos concupiscentiae stimulos quasi turpes aliquos  
indignos vel existimationis sue vel ordini illi indicati-  
tes, hac saltem contemplatione declinet, minori ma-  
lo id quod minus est retudentes, vi abbas Serapion  
in sua refert collatione.

## De superbia, Gradus, XXII.

**S**uperbia est dei abnegatio, inuentio demo-  
num, aspernatio hominum, condemnatio  
nis mater, sterilitatis augmentum, laudum  
progenies, diuini adiutorij expulsio, stuporis præ-  
cursor.

cursor, lapsuum ministra, casus materia, iracundie  
fons, simulationis ianua, firmamentum dæmonū  
delictorum custos, duritiae & crudelitatis artifex,  
compassionis & misericordiae ignoratio, amarus  
exactor, immitis iudex, dei aduersatrix. Initium  
superbiæ, finis est inanis gloriæ: Medium vero de-  
spectio proximi, & labo: um suorum impudens di-  
uulgatio: Laudis amor, ex corde reprehensionis o-  
dium: Finis autem est abnegatio diuini adiutorij,  
proprijsque studij elatio & confidentia, dæmoni-  
acus mos. Audiamus intenti⁹ omnes, qui foueam  
istam cupimuse fugere: A gratiarum actione ple-  
runq; hæc pestis tærrima solet incrementa su-  
scipere. Neq; enim initio improbe deum abne-  
gare suggerit. Vidi quendam deo gratias ore agē-  
tem, sensuq; superbe gloriantem. Testatur id ap-  
pertissimæ pharisæus ille qui dixit: Deus gratias  
ago tibi. Vbi ruina contigit, ibi antea superbia  
tabernaculum fixerat. Prius enim illud hoc subse-  
quens inducit. Audiui insignem quendam & ho-  
norabilem dixisse virum, duodecim esse passiones  
ignominiaæ, è quibus si vnam ha: um ( elationem  
dico) voluntate diligas, sola ea reliquarum vnde-  
cum locum implebit. Altum sapiens monachus cō-  
tradicere nescit. Non sustinet cypressus in ter-  
ram inclinari, neq; monachus elatus corde ob-  
temperare. Vir excuso corde dominari appetit.  
Alter enim perire vt unq; non potest, imo non  
vult. Superbis deus resistit. Quis iam illos misera-  
ti potest? Immundus apud deum est omnis elato  
corde, quis iam huiusmodi mundare poterit? Dis-  
ciplina quidem superbiorum lapsus est, stimulus  
dæmon, derelictio autem stupor. Et in illis quidē  
prioribus homines ab hominibus, sæpe curati

sunt, extremum vero curari ab hominibus non potest. Qui reprehensionem a se excutit, hoc se de morbo laborare significat, qui vero illam admittit, pestis eius vinculo solutus est.

Si absque alio vitio hoc solo cœlestis quidam de cœlo corruit, querendum an forte humilitas sola, siue virtute, alia possibile sit in cœlum condere. Superbia est diuitiarum virtutis, sudsone que perditio. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, Idcirco penitus, quia superbia id fecerunt. Clamauerunt ad dominum & non exaudiuntur, ideo omnino quia causas contra quas orabantur non abscederunt. Superbientem fratrem probatissimus quidam ac discretissimus senior spectator corripuit. Ad quem ille cæctiens, ait: Ignobilis pater, neque, naniter glorior, neque superbis sum. Tunc sapientissimus senior ad eum: Et quo non inquit, modo filii declarare manifestus potuisse te hoc morbo laborare? Talibus itaque plurimum confert subiectio deuota crassius atque ignobilium institutum vitae, virtutumque clarissimorum patrum earum quæ naturam excellere videntur sententissima lectio. Fortasse vel sic erit huiusmodi languentibus aliqua salutis spes. Pudor est alienum ornamento gloriari extremæque, dementie de donis extolli. Quæcunque tibi ante nativitatem fuerint virtutum bona eis solis gloriare. Nam quæ post generationem tibi deus largitus est, ut ipsam quæ nativitatem. Quas ergo virtutes pretermissas, acquisisti, illæ solæ tuæ sunt. Mentre enim tibi largitus est deus. Et quæ extra corpus exegisti certamina, ex tuo solo studio fuerunt. Corpus quippe non tuum est opificium, sed dei. Nolite fidere quo ad sententiam suscipias. Cum video quendam qui post quam introductus in thala-

mum fuerat atque discubuerat, ligatis manibus.  
 & pedibus in exteriōres relegari tenebras. Noli c-  
 lata ceruice gloriari, luteus cum sis. Plurimi enim  
 qui sancti atq[ue] omni materiae pudore fuerant li-  
 beri de coelo deiecti sunt. Cum in suis operarijs  
 locum cōperit dæmon, tunc iam ipsis in somnis,  
 aut per visum in figura sancti angeli vel marty-  
 ris alicuius apparens, mysteriorum reuelationem  
 vel gratiarum munera largitur, vt per hunc mo-  
 dum seducti miseri, perfecte demum sensu inte-  
 gro & sanitate mentis excidant. Etiam si mille  
 mortes pro Christo pateremur, ne sic quidem sa-  
 tisfacere aut debitum nostrum implere possemus.  
 Alius quippe est dei, alius seruorum sanguis ( se-  
 cundum dignitatem dico ) non secundum sub-  
 stantiam. Nunquam nosipsos disquirere & diju-  
 dicare desinamus, iugiter probatissimorum pa-  
 trum qui ante nos luminarium in modum splen-  
 ducunt, vitam ac mores intueamur, nosque ad  
 illorū comparationē studiosius examinem⁹, tunc  
 Sane, tunc nos ipsos ne vestigium quidem diligen-  
 tioris conuersationis attigisse inueniemus, sed se-  
 culari adhuc instituto immorari. Monachus pro-  
 prie est animi oculus omni elatione carēs, immo-  
 bilisque corporis sensus. Monachus est qui hostes  
 feratum in morem prouocat & irritat, cum illi  
 ab ipso fugiant. Monachus est iugis excessus men-  
 tis ac mœror vitæ. Monachus est qui ita virtuti-  
 bus affectus est, vt esset voluptatibus alius. Mo-  
 nachus est lux cordis, oculos iugiter irradians. Mo-  
 nachus est humilitatis abyssus, spiritum omnem  
 præcipitans & suffocans. Superbia est factus obli-  
 uionem peccatorum ingereas. Nam illorum  
 perpetua memoria humilitatis est opifex. Su-  
 perbia est animæ suprema inopia, dum illa

diuitias imaginatur, lucemq; esse in tenebris estimat. Non solum non permittit hęc exercabili pestis in anteriora progredi, sed etiā ex altitudine deicet. Superbus est panicum malum interius patridam, exterius vero decorum preferens. Superbus monachus dæmonē opus: enī habet, ipsenī sibi iam & dæmon & hostis & inimicus. Alienis imæs sūt a luce tenebræ: & ita superbavitute omni alienus est. Sunt in superborum cōibus blasphemiae verba, in animabus autem humilium cœlestia dona. Solī exēcratur fur, superbū vero mites aspernatur. Nescio quo pacto sepius plerique superbū latuerunt, & cum se putarent esse impatiēbiles, in exitu paupertatem suam conouerunt. Qui hac labore deprehensus fuerit, dominii auxilio illi opus est: Vana est enim illi salus humanis. Deprehendi enim seductricem hanc sine pite mecum aduenisse, matris suæ humeris inuestigandasq; manus obedientiæ vinculo illaqueans, litatisq; flagello verberans, qualiter in me efficiēre ingressæ dicere cogebam. Itaque cum cogitatione aiebant: Nos neq; initium habemus neque natūratem, principes enim & genitrices sumus omnium vitiorum. Oppugnat autem modice nō contritio cordis ex subiectione initium sumens. Nullius imperio subiici patimur, ideo in cōibus quoque seditiones mouemus. Nos (vt totum simul audias) omnium quæ sunt cōtraria humilitate genitrices sumus, cuncta quippe que illi suffragantur nobis ad uersissima sunt. Nos ignominias, obedientiam, in irascentiam, obliuionē iniuriarū, ministeriū sequi s̄æpe consuevimus. Porro stupratorū sunt spiritualiū lapsus, iracudia, detractio, amaritudo, clamor, furor, blasphemia, hypocrisia, odium, inuidia, contradic̄tio, suo quam alterius mallei.

E  
BLASPHEMIA GRAD. XXIII. 200

malle regi moderamine. Obedientia vnum & solum est in quo conatus omnes virium nostrorum deficiunt. Idq; tibi coacte dicimus. Si te ipsum coram domino ex intimo cordis affectu semper accuses, nos vt araneas contemnes. Nam vt vides superbia est equus cenodoxiae quam confendi, sed sancta humilitas & sui ipsius iugis accusatio, ridebunt & equum & ascensorem eius triumphaleque carmen suauissime canentes: Can-  
*Exodi. 15.*  
temus, inquiet, domini glorio. c.m.e.e. & a pro-  
icit in mare, & in humilitatis abyssum.

De ineffabilibus cogitationibus & blasphemia.

Gradus XXIII.

**S**AEUÆ radicis & matris saeuorem esse proge-  
niem in superioribus audiuiimus, videlicet  
nephariae superbiæ sceleratam filiam blasphemiam. Idcirco necesse est eam in medium adduci. Neque enim quiuis est inimicus, sed hostibus omnibus immanior & grauior. Et quod durius est, non facile spirituali medico enunciari aut cō-  
fitendo denudari potest. Quo circa plurimis non  
nunquam desperationis & diffidendiæ causa fuit,  
omni illorum consumpta spe, non secus quam à  
verme consumitur lignum. Iste igitur sceleratissimus ut saepe alias ad sanctam synaxim, & ad ipsam horrendam facrorum mysteriorum horam blasphemare dominum, & in ipsa qua consummantur sacra solet. Ex quo maxime manife-  
ste colligimus, non esse animam nostram, quæ illa  
intus verba locuta sit impia & non ferenda, sed  
dæmonem, D E I bono: umq; omnium ad-  
versarium, qui de celis deiectus est, quod illic dū  
se per superbiam extollit in deum quoq; blasphe-

N s mias